



Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Benedictio sacerdotalium indumentorum in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

M O N I T I O.

QVatuor prima SS. Euangeliorum capita seu initia, quæ in Diœcesi nostra pro frugibus terræ, maxime vero in Ecclesiis ruralibus, pro locorum consuetudine, ab Octava Paschatis usque ad finem Augusti, vel ulterius, singulis Dominicis legi vel decantari solent, habentur infra in Processione SS. Corporis Christi.

pag.

Quis vero in eisdem decantandis ritus observandus, & qualis Versiculorum, Orationum & Benedictionum, delectus habendus sit, infra etiam describitur.

pag.

B E N E D I C T I O N E S,

A B E P I S C O P I S,

vel aliis, facultatem habentibus,
faciendæ.

*Benedictio Sacerdotalium Indumentorum
in genere.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus , qui per Moysen, famulum tuum, Pontificalia & Sacerdotalia seu Levitica vestimenta , ad ex plendum in conspectu tuo ministerium eorum , ad honorem & decorem nominis tui fieri de revisti : adesto propitius invocatio nibus nostris , & hæc indumenta Sacerdotalia , desuper irrigante gratiâ tuâ , ingenti benedictione per nostræ humilitatis servitium purificare **+**, benedicere **+**, & consecrare **+** digneris ; ut divinis cultibus & sacris mysteriis apta & benedicta existant : his quoque sacris vestibus Pontifices, & Sacerdotes, seu Levitæ tui , induti , ab omnibus impulsione bus seu temptationibus malignorum spirituum muniti & defensi esse mereantur , tuisque mysteriis apte & condigne servire , inhære re , atque in his tibi placite & devote perse verare tribue. Per Christum Dominum nostrum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DEUS , invictæ virtutis triumphator , & omnium rerum creator ac sanctificator : intende propitius in preces nostras , & hæc indumenta Leviticæ, Sacerdotalis, & Pontificalis gloriæ , ministris tuis fruenda , tuo ore

pro-

proprio benedicere $\text{\textt{+}}$, sanctificare $\text{\textt{+}}$, & consecrare $\text{\textt{+}}$ digneris ; omnesque eis utentes, tuis mysteriis aptos ; & tibi in eis devote ac laudabiliter servientes, gratos efficere digneris. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, qui vestimenta, Pontificibus, Sacerdotibus, & Levitis in usum tabernaculi foederis necessaria, Moysen famulum tuum confidere jussisti, eumque spiritu sapientiae ad id peragendum replevisti : hæc vestimenta, in usum & cultum mysterii tui, benedicere $\text{\textt{+}}$, sanctificare $\text{\textt{+}}$, & consecrare $\text{\textt{+}}$ digneris : atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stolâ, beatâ facias cum bonorum fructu operum ministerii congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen. Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.*

*Benedictio mapparum sive linteaminum
Altaris.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

F f f

Ore-